


1. tabella ansata.

| | |
|---|---|
| cLODIVS PRIMIGENIVS | 12,5 |
| clAVDIVS CRESCENS Q Q | 12,5 |
| STVPPATORES RESTioneS | 24 |

Contuli. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 278; inde Cantarelli *Bull. comun.* 1912 p. 275. 1913 p. 186.

3 fin. litteram S non vidi, sumpsi ex editione.

2 fin. *q(uin)q(uennales)*, fortasse qui hanc partem operis musivi faciendam curaverunt. — 3 de stuppatoribus v. quae Dessau adnotavit ad titulum Portuensem supra n. 44. *Restiones* (nisi aliter supplendum est) Ostiae hic primum commemorantur.

---

2 [= supra n. 277]. vv. 1. 2 in tabula ansata.

| | |
|---|---|
| CORPVS PEL | 20 |
| LION·OST E POR | 15 |
| TE HIC | 14 |

Descripsi. Lanciani *Not. d. sc.* 1881 p. 204 n. 38. Dessau l. c.

*Corpus pellion(um) Ost(iensium) et Porte(nsium) hic.* Cf. quae Dessau adnotavit supra p. 54.

---

3 [= supra n. 278]. tabula ansata; litt. a. 0,14.

NAVICVLARIORVM
LIGNARIORVM &
pharus, utrimque navis

Descripsi; iterum contulit Kalsbach. Lanciani *Not. d. sc.* 1881 p. 204 n. 39. Dessau l. c. Figuras delineavit Paschetto *Diss. d. Pont. Acc. rom. di arch. ser.* II *t.* X (*p.* IIa) 1912 p. 333 fig. 87b.

2 LIGNARIOrVM Dessau.

Cf. Dessau l. c. et Waltzing *Étude sur les corp. prof.* II 55.

---

4 [= supra n. 279]. tabula ansata; litt. a. 0,22.

N//////V·I//ARRIC

Descripsi. Lanciani *Not. d. sc.* 1881 p. 204 n. 40. Dessau l. c.

NA/VL·IARRIC Lanciani, NA//·IARRIC Dessau. Inscriptio ab utraque parte integra est. Litterae fortasse per hos quinquaginta fere annos, ex quo hoc pavimentum detectum est, etiam magis corruptae sunt lapillis suo loco remotis. In. *nav[ic]ul(arii)* Lanciani, *nav[icu]l(arii)* Dessau; quae ego vidi, supplenda esse videntur *n[avic]u(larii)*. — Nomen patriae huius collegii obscurum est; neque enim potest suppleri *Tarric(inenses)*, cum prima littera non videatur fuisse T. Spatium quod exstat ante A sufficit litterae uni latae vel duabus angustis. *nav[icu]l(ariorum) [f]arric(orum)* proponit Michon *Bull. des antiquaires* 1913 p. 240 not. 2, parum probabiliter.

---

10. litt. a. 0,19.

NAVICVLARI MISVENSES HIC
navis dextrorsum — navis sinistrorsum — delphini duo
piscis dextrorsum — modius? — piscis sinistrorsum

Descripsi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 172 cum imagine; inde Cantarelli *Bull. comun.* 1912 p. 274 cum tab. XI.

De Misua vel Missua oppido Africae provinciae proconsularis v. C. VIII p. 129; cf. etiam infra n. 5282.

---

11. litt. a. 0,20.

NAVICVLARI MVLIV////////HI

*in clipeo*: imago nunc obscura — *in clipeo*: protome muliebris cum spicis et falce
Amor delphino vectans
delphini duo

Descripsi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 210 sq. cum imagine; cf. Cantarelli *Bull. comun.* 1912 p. 275 cum tab. XII.

in. *naviculari*, fin. *hi[c]* (partem litterae C vidit Vaglieri); cetera obscura. Post MV mihi videtur fuisse aut L aut I; spatium inter IV et H sufficit litteris sex, certe non amplius septem. In illo spatio circiter medio fuit fortasse A (Λ vidit Vaglieri). Editor cogitat de Musluvio oppido Mauretaniae Sitifensis; sed reliquiae quas quidem ego viderim illi coniecturae haud favent.

---

12. litt. a. 0,30 et 0,17; inscriptio in tabula ansata.

NAVICVLAR//////DIARRY
delphinus minor — delphinus maior
SIM C

Contuli; mea causa iterum contulit Kalsbach. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 388, cf. Cantarelli *Bull. comun.* 1913 p. 187.

Inscriptio principalis ab utraque parte integra est. Post NAVICVLAR supersunt lapilli duo, ex littera I sine dubio, suo loco remoti. Deinde litteram H excidisse coniecit Vaglieri probabiliter; legendum est *navicular[i H(ippone)] Diarry(to)*. Cf. etiam Michon *Bull. des antiquaires de France* 1913 p. 237.

Colonia Iulia Hippo Diarrhytus, oppidum Africae provinciae proconsularis; cf. Dessau *RE* VIII c. 1721 sq.

---

14. litt. a. 0,15.

STAT SABRATENSIVM
elephantus sinistrorsum

Contuli; mea causa iterum contulit Kalsbach. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 435.

Sabrata colonia Romana Tripolitanae, v. Dessau *RE* II A c. 1608.

---

15. litt. a. 0,17.

NAVICVLAR·ET NEGOTIAN DE SVo

Contuli. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 435, *a*.

*navicular(i) et negotian(tes) de suo.*

---

16. litt. a. 0,18.

NAVICVLARI ET NEGOTIANTES DE SVO

Contuli. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 435, *b*.

---

17. tabula ansata; litt. a. 0,16.

NAVICVLARI GVMMITANI DE SVO

Contuli. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 435, *c*.

in. litterae AV mutilatae.

De oppidis Africae quibus nomen Gummi est v. Dessau *RE* VII c. 1935.

---

18. tabula ansata; litt. a. 0,15.

*sic* NAVICVI·KARTHAG·DE SVO

Contuli. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 436, *d*.

*navicu[l](arii) Karthag(inienses) de suo.* — Cf. infra ad n. 4626.

---

19. tabula ansata; litt. a. 0,24.

NAVIC·TVRRITANI·
navis

Contuli. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 436, *e*.

Nomen Turris vel Turres compluribus oppidis imperii commune est (v. Graesse *Orbis Latinus* s. v.); sed suo iure suspicatur Vaglieri hos Turritanos nomen trahere a Turri Libisonis (*Porto Torres*) colonia Sardiniae (v. C. X p. 826).